



1944, 8. Pra. 28. num. 14. 29  
DISSERTATIO INAVGVRALIS JVRIDICA

DE

**OBSERVATIONIBVS  
QVIBVSDAM FORENSIBVS**

CIRCA

**RESIGNATIONEM NOMINIS,**

*Aussündigung des Capitals,*

QVAM

EX DECRETO ET AVCTORITATE

**ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS**

IN ALMA ET PERANTIQVA ELECTORALI VNIVERSITATE

ERFORDIENSI,

**PRÆSIDE**

**RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO,**

*PRÆNOBILI ET CONSVLTISSIMO VIRO,*

**DN. CONR. WILH. STRECKER,**

*ICTO, EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINC. ELECT. MOGVNT. CONSIL.  
REGIMINIS, JVRID. FACVLT. ASSESS. SENIORE, COD. PROF. PVBL. ORDIN.  
CIVIT. STND. ET CONSULE PRIMARIO, NEC NON PRÆFATE FACVLT.  
JVRID. H. T. DECANO,*

**PRO SVMMIS**

**IN VTROQVE JVRE HONORIBVS**

*RITE ET LEGITIME OBTINENDIS,*

**IN AVDITORIO ICTORVM MAIORI,**

**DIE III. FEBRVARII, MDCCLXIV. HORIS CONSÛETIS**

**AD VENTILANDVM PROPONIT**

**ET PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT**

**AVTOR**

**CAROLVS GOTTFRIED KISSLING,**

**ZITTAV. LVS. C. P. A.**

*ERFORDIÆ, Typis HERINGII, Acad, Typogr.*



DISSERTATION DE WIGANDUS WARDON  
DE  
QUESTIONS THEOLOGICAS  
QUIBUSDAM FORNSIS  
RESIGNATIONEM NOTANS  
EX DECRETO ET AUCTORITATE  
ILLUSTRISSIMO PICTORVM ORDINIS  
IN ANSA ET PRAESIDIUM ELECTORIS PALATINVS  
LAVSIVICVS  
RECTORE UNIVERSITATIS MARCHICVS  
DI. COM. WILH. STRECKER  
PRO SYMMIS  
IN VITROVE IURE HONORIS  
ET ET LEGITIME OPTINE  
IN AUSTRO PICTORVM ORDINIS  
ET ET LEGITIME OPTINE  
ET ET LEGITIME OPTINE  
CAROLVS GOTTERED KISSING  
ET ET LEGITIME OPTINE





§. I.



lerumque nostra interest, id, quod in obligationem est deductum, iusto nobis præstari tempore, quod variè exprimitur. Potest enim verbis expressis adjici, quod proprie: *Constituere*, vocamus. Ita lepide fatis CICERO in epist. ad Marium, si quod constitutum habes, inquit, cum podagra, fac in alium diem differas, add. HOTTOMANNI *Comm. verb. jur. voce constituere*. Hinc notæ sunt actiones, receptitia & de constituta pecunia, non poterat enim non etiam inter Romanos sæpius evenire, ut pecunia vel alia res aliè ab aliò certo die in longinquo atque dissito prorsus loco esset exsolvenda, quod nostro cambiali tractato, uti vocant, negotio non admodum est dissimile. Itaque cum stipulatio inter præsentem saltem fieri possit, validam esse hujusmodi pactionem argentariorum & inde competere actionem receptitiam utilitatis causa placuit.

A

cuit, quod exemplum imitatus prætor actionem de constituta pecunia dedit, & ad alias quoque personas produxit. add. HEINECC. *ad ff. tit. de const. pec.* Tacite dies additur, quando rem quandam ad certum usum damus, ut eodem finito restituatur, quod in commo- dato contingere videmus.

§. II.

Quodsi nullum tempus ipsi obligationi sit infer- tum, VLPIANVS in *L. 41. §. 1. d. V. O.* & POMPONIVS in *L. 14. d. R. F.* præsentì die deberi ajunt, sed PAVLVVS in *L. 105. d. solut.* quando dicimus, eum, qui fidejussori he- redis id, quod ante aditam hereditatem ab eo solutum est, debere statim solvere, illud cum aliquo tempera- mento temporis intelligendum esse censet. Ipse VL- PIANVS in *L. 21. §. 1. d. const. pec.* decem dies conce- dendos esse judicat. Equidem STRYKIVS in *not. ad Laut. comp. Tit. de const. pec.* voce: *decem diebus*, ultra materiam constituti hanc legem extendi non posse, eum ergo, qui pure promittit, mox solvere debere autumat. Sed ipse sibi non constat, quando in *Uf. mod. ff. eod. Tit. §. 6.* contra Zœsium disputat, & in aliis quoque nego- tiis in genere aliquod indulgeri spatium contendit. Insigni hæc sententia se commendat æquitate, nec per- spicimus, quare id, quod de constituta pecunia, & de- bitore fidejussoris introductum est, ad alios æque con- tractus applicari non debeat. Interim quando pure promissum præsentì deberi dicitur, admonitio sive in- terpellatio creditoris accedat necesse est, qua deficiente, si vel aliqui præterirent anni, mora tamen non indu- ceretur.

§. III.

§. III.

Quæ cum ita sint, ut utrique consulatur, & creditori, ne res sua diutius, quam par est, carere cogatur, & debitori, ne per celerem exactiorem molestia afficiatur, sæpe numero paciscentes de termino solutionis, postea demum ab alterutro definiendo, conveniunt. Sigillatim illud in pecunia mutuo data usu venire solet, ut v. g. prævia trimestri resignatione seu nuncio hac de re misso ea restituatur. Nostrates illud effe-  
**rent: Die Aufständigung oder die Losse des Capitals soll ein Viertel Jahr vorher geschehen, ic. nach halbjähriger Aufständigung Capital und Zins hinwiederum zu bezahlen.** Ut hinc resignatio nominis nihil aliud sit, quam significatio temporis, quo pecunia mutuo data restitui debet, ab uno paciscentium extra contractum facta. Tentabo præcipua quædam hac de materia in medium proferre, eaque observationibus, quæ mihi in ipsis rerum argumentis collecta sunt, additis in utramque partem rationibus illustrare, de ceterò bene- volo lectoris arbitrio, quid præstiterim, relictorus.

§. IV.

Ex definitione modò posita colligimus:

Primo resignationem esse viam, ad solutionem, adeoque quod legum interpretes de personis, quæ solvunt, & quibus solvitur, docent, pariter ad resignantes, & quibus recte resignatur, posse applicari.

Deinde resignationem esse de genere licitorum.

Tum quibuscunque verbis, perspicuis tamen, factam valere.

A 2

Postre-

Postremo ab uno paciscentium & extra contractum fieri debere. Quodsi enim in ipsa obligatione vel ab utroque certum solutionis tempus sit determinatum, non resignatio, sed dies solutioni dicta esse videtur.

§. V.

Quæ cum ita se habeant, nemini dubium videri debet, si plures adsint correi credendi, unum eorum resignare posse fortem. Singulis quippe solidum debetur, §. 1. *J. de duob. reis*, & solutionem uni factam esse sufficit. Sed si plures sint correi promittendi, an ne uni saltem fieri poterit hæc resignatio? Ita obtinuisse jure antiquo credimus: Ex quo verò per *Nov. 99. c. 1. & Auth. Hoc ita C. d. duob. reis*, introductum est divisionis beneficium, ita ut creditor utrumque pro rata convenire debeat, & alter pro altero non nisi in subsidium obligatus maneat, meritò resignatio omnibus correis facienda est, quo ipso, si exceptio divisionis non locum habeat, neque hac resignatione opus esse inuimus.

Non inepte quæsieris, an tutor resignare possit fortem absque magistratus auctoritate? Primo intuitu illud affirmandum videtur, quia ipsi administratio bonorum est commissa, & ea facere licet, quibus ei non est interdictum. At nihilofecius illud negamus, quoniam soli sine magistratu non potest fieri solutio, §. 2. *J. quib. alien. lic.* solutio vero est effectus resignationis. Infitas forsitan, & tueris resignationem minoris quam solutionem momenti esse. Sed ponamus, terminum solutionis à solo tutore esse nunciatum, & debitorem paratum esse ad solvendum, judicem autem solutionem



nem non commodam fore pupillo arbitrari, debitorem quoque petito de pecunia diutius retinenda annuere, sed per immaturam tutoris resignationem maxima incommoda sese incurrisse queri, nonne ita resignationem nullius esse momenti apparet!

§. VI.

Quodsi ad finem resignationis supra §. III. descriptum accuratius attendamus, debitori nulla opus esse resignatione animadvertimus. Hujus quippe maxime interest, spatium solutionis constitui, intra quod pecuniam comparandam curare queat. Verum creditor etiam justo tempore suum consequitur, si ipsi ante terminum, satisfiat. Quapropter si ejus interfit, non solvi ante terminum, deque hoc paciscentes cogitarunt, omnino debitorem quoque resignationem subire oportet, cujus generis casus infra recensebimus.

§. VII.

Resignationem fieri posse tam ab heredibus creditoris, quam contra heredes debitoris non est ambigendum. Creditoris resignatio procul dubio heredem quoque obstringit, quia ille repræsentat personam defuncti & succedit in omnia ejus jura. v. *L. 57. §. 1. & L. 33. d. pact.* Altioris autem indaginis quæstio est, an significatio fortis solvendæ debitori facta heredi ejus de novo fieri debeat? Equidem *AFRICANVS* in *L. 27. de usur. eum patrifamilias*, inquit, *mora facta sit, jam in herede ejus non queritur mora*, add. *BRUNNEM. ad d. l. & pacta de resignanda* forte in heredes ex utraque parte transire videntur. Fingamus autem, debitoris heredem postea, quam actio contra ipsum instituta est, in jus venire,

maximas eundem effundere querelas, se nihil horum omnium, quæ inter creditorem & defunctum acta sunt, comperisse, imo asserere, pactum hoc introductum esse, ut debitor de pecunia conquirenda sollicitus esse possit, quomodo autem hoc fieri posse ab heredeejusdem, si ne minimum quidem horum resciverit, hæc vero, quæ certam scientiam requirunt, non posse transire ad heredes ignorantes. An hic in expensas litis & omne interesse condemnabitur? nimis durum hoc videtur. Tutius certe & humanius aget creditor cum debitoris herede, si hunc quoque de solutione facienda antea admoneat. Ad legem supra memoratam respondeamus, ibi moram jam esse inductam, hic vero eam elapso demum post resignationem rite factam termino ac solutione non præstita induci. Præterea pactum ipsum resignationis transit quidem ad heredes, ita ut alter alteri resignare queat, alia vero quæstio est, annon actus resignationis in herede repeti debeat.

## §. VIII.

Quemadmodum nomina inter heredes ipso jure divisa esse, nec in judicium familiæ erciscundæ venire dicuntur in *L. 2. §. 5. L. 4. pr. L. 25. §. 1. ff. L. 6. C. fam. erc.* ita si plures adsint heredes, singulis fieri oportet resignatio, neque huc trahi potest sanctio *O. P. V. S. Tit. 4. §. begåbe siæs aber & R. Tir. 4. §. 2.* Illa enim agit de casu, quo plures heredes, qui hereditatem vel nondum vel post motam defuncto litem inter se dividerunt, ubi insinuationem citationis uni coheredum ad domum hereditariam factam sufficere edicit, hic vero leges jam divisionem induxerunt. Tacemus, aliud

aliud jure communi obtinere, v. MEVIUS P. 4. dec 337. neque ea, quæ de coheredum citatione constituuntur, ad resignationem nostram applicare posse, cum in ista peculiaris ratio, ut parcatur sumtibus litis, qui in plures citationes essent erogandi, subesse videatur.

## §. IX.

Discederemus ab hoc loco, nisi nos adhuc fidejussor teneret. Videlicet Cajus fidejussit ob mutuum, quod Sejus contraxit, ipsi vero chirographo adjecta sunt verba: **Nach halbjähriger Aufkündigung.** Hic fidejussori fieri renunciationem oportere recte negat BERGER. in Dec. 83. ipsa quippe resignatio hic de debitore duntaxat intelligitur, nec quod creditor huic concessit, etiam fidejussor petere valet. Is vero ante, quam debitor sit excussus, moram non incurrit, nisi huic beneficio renunciarit, ubi statim solvere obstringitur. add. LAV-TERB. Coll. theor. pract. §. 29. de fidejuss. Prorsus nullam adhibere resignationem, ubi de ea conventum est, & mox aggredi fidejussorem, qui beneficio ordinis renunciavit, incongruum esset. Pluribus hæc illustrent duo responsa Jctorum Lipsiensium & Wittembergenfium, quorum unum ad actoris interrogationem a prioribus M. Septembr. An. 1732. datum ita se habet: **Hat J. C. K. von D. J. P. S. am 22. Octob. des 1730sten Jahres 100. Rthlr. gegen Verzinsung, und nach vorgängiger vierteljähriger Aufkündigung hinwieder zu bezahlen erborget, davor J. P. nebst C. F. sich zugleich in Bürgschaft eingelassen; Als nun dem Schuldner die Aufkündigung gebührend geschehen, derselbe hingegen die schuldige Zahlung nicht geleistet, hat er wieder**

der den einen Mit-Bürgen, J. V. executivische Klage  
erhöhen, und weilten derselbe in dem anberaumten Ter-  
mino nicht erschienen, gewöhnlicher massen contuma-  
ciret; Es ist aber: Daß die Klage wieder Beflagten  
noch zur Zeit nicht Statt habe, decretiret, von ihm  
hingegen darwider Reuterung eingewendet worden,  
und er will, ob auf die interponirte Reuterung eine  
Reformatoria zu hoffen, und daher Beflagten die Re-  
cognition derer bey der Klage inducirten Documen-  
te sub poena recogniti zu injungiren, darneben dersel-  
be in die vorigen Termins-Unkosten zu condemniren  
sey? berichtet seyn; Ob nun wohlten angeführet wer-  
den möchte, als sey dem Beflagten als Mit-Bürgen  
keine Aufkündigung geschehen, so doch in der Haupt-  
Obligation ausdrücklich stipuliret, und selbige sowohl  
bey dem Debitore principali als fidejussoribus nöthig,  
aufferdem ihm keine Mora solvendi bezumessen. Den-  
noch aber und dieweilen die in der Schuld-Verschrei-  
bung bedungene vierteljährige Aufkündigung sich einig  
und allein auf des Haupt-Schuldners Person beziehet,  
keinesweges aber dabey, daß dergleichen auch denen  
Bürgen geschehen soll, bedungen worden, gestalt die-  
se im Fall der Noth oder nicht erfolgender Zahlung  
sich pure verbürget, diesemnach auf Seiten ihrer die  
Verbindlichkeit zur Zahlung sogleich erwachsen, als  
dem Haupt-Schuldner die vierteljährige Aufkündi-  
gung legali Modo geschehen, dieser hingegen die Schuld  
per realem solutionem nicht getilget, dabey dem Cre-  
ditori, weilten dem Beneficio excussionis und divisio-  
nis ausdrücklich renunciiret worden, die Wahl, einen  
von

von ihnen, welchen er gewollt, zu eligiren frey geblieben. Im übrigen der Processus executivus fundiret, und da Beklagter in primo Termino aussenblieben, ihm die Recognition unter gewöhnlicher Commination allerdings zu injungiren gewesen; so möchte auf die ergriffene Leuterung eine Aenderung vorigen Bescheides wohl erfolgen. B. H. W. Eodem fere modo postea Jcti Vitembergenses in ipsa causa D. J. P. S. contra J. P. quæ 1731. & sequentibus annis in patria mea agitata fuit, responderunt, & decretum judicis ita publicatum: Daß die Klage wieder Beklagten (fidejussorem) in Ansehung, daß demselben das libellirte Capital nicht aufgekündigt worden, noch zur Zeit nicht Statt habe, ex Rationibus: Dieweil aus der Schuld-Verschreibung sub A. zu ersehen, daß Beklagter vor H. E. K. sich pure verbürget, und nachdem dem Haupt-Schuldner die vierteljährige Aufkündigung gebührend geschehen, dieser aber die Schuld nicht getilget, desselben Obligation zur Bezahlung sofort ihren Anfang genommen, gestalt auch die vorbemeldte Aufkündigung nicht vor dem Bürgen, sondern nur vor dem Haupt-Schuldner bedungen ist, M. April. Anni 1733. reformarunt, ac: Daß die Klage wieder Beklagten Statt hat, und ist derselbe nach anderweit vorgehender gebührender Ladung zu erdbeinen, so wohl die producirten Documente sub A. B. und C. sub Poena recogniti zu recognosciren schuldig, gleichwohl aber mit Erstattung derer Unkosten wegen des ihm beyfalligen Bescheides zu verschonen, sondern es sind solche gegen einander zu compensiren und aufzuheben,

B

judi-

judicarunt. Quæ & sententia leutatione non atten-  
ta à Jctis Lipsiensibus M. Novembr. d. a. confirmata  
fuit.

§. X.

Quanquam vero secundum §. IV. resignatio for-  
tis mutuo datæ licita sit, & neganti eam probatio in-  
cumbat, aliud tamen obtinet in censibus annuis, quos  
irredimibiles, Germanica lingua: *wiederkäuffliche Zin-  
fen* appellant, utpote qui à creditore resignari neque-  
unt, ubi quidem illud speciale est, quod ne conventio  
quidem de forte repetenda valeat. Ita enim præci-  
pit Rec. Imp. d. An. 1577. Tit. 17. §. 9. verb. *und die  
Loskündigung der Geld-Verschreibung auf Wieder-  
kauff und Wiederkauffs-Recht bey dem Verkäufer,  
und nicht bey dem Käufer stehen zc. und was darü-  
ber gehandelt zc. wollen wir für wucherlich und un-  
kräftig geachtet halten zc. sondern, wie obgemeldet,  
gestraffet werden soll.* Communiter hoc limitant Do-  
ctores, nisi venditor in præstando annuo reditu in-  
signem moram traxerit, etsi illud ex Rec. Imp. d. An.  
1600. §. 35. ad quem provocant, non probetur, sed  
ibidem expressum pactum, da der Schuldner sich selbst  
obligiret und verbunden, da er in Abzahlung derer  
jährlichen Gülden sich säumig erzeigen würde, als-  
denn dem Gläubiger die Kauff- und Haupt-Summe  
neben der Gülden wieder zu geben zc. desideretur.

§. XI.

Illud acceptum referimus prisæ Germanorum  
fidei atque integritati, quod si non in omnibus, in ple-  
risque certe, negotiis inter vivos celebrari solitis anti-  
quis

quis Romanorum formulis & verborum solennitatibus non simus irretiti, sed quæcunque verba & quomodocunque, luculenter tamen, adhibita ad intentionem nostram declarandam sufficiant. Quis igitur dubitabit, idem etiam in resignatione, de qua agimus, obtinere, modo verba ita sint comparata, ut voluntas creditoris suum habere volentis satis exinde colligi possit. Hinc quærimus: Si quis ducenta adhuc debeat, creditor vero trecenta resignaverit, quæ quidem summa in chirographum erat relata, utrum debitor ducenta solvere debeat, an resignatio pro nulla sit habenda? ajentem amplectimur sententiam. Quamvis enim debitor ducenta solum debeat, neque is sciat, utrum creditor trecenta de industria, an ex errore petat, voluntas tamen creditoris suum desiderantis est manifesta, & majori summa minor continetur. Quodsi debitor, ubi dies solutionis venit, debitam quantitatem statim fateatur, creditor autem non acquiescat, ab expensis & mora liberandum eum esse non negaverimus ob *L. 21. d. usur. ibi: si exceptio aliqua allegerur, mora facta non videtur*, quod convenit *O. P. R. Tit. 5. §. 8.* Jure Romano autem amplio rem summam petens exacta per dolum cautione, tota debiti quantitate privatur per *L. 1. C. d. plus petit.* quod hodie, ubi non reus, sed actor cavet, per *Nov. 96. c. 1.* non obtinebit, uti &, an §. 33. *I. d. action.* hodie observeretur, merito dubitatur.

## §. XII.

Peculiarem proponit casum PVTONEVS ita dicitus in *Enunc. & Cons. jur. P. 22. n. 114. §. 7. p. m. 497.*

B 2

Vide-

Videlicet actor executivum instituerat processum, & super uno libelli capite, daß die Aufkündigung des Capitals geschehen, juramenti delatione usus erat, sed irrito conatu. Namque repulsam tulit, & pronunciatum, daß die Klage angebrachter massen nicht Statt habe. Imo Jcti Lipsienses ne hanc quidem de resignatione factam in libello mentionem resignationis effectum fortiri putaverunt, hac moti ratione, weil in der Klage gemeldet worden, daß eine Aufkündigung gedachten Capitals geschehen, auch darüber Beklagten der Eyd deferiret worden. Duplici ex causa liceat nobis pace tantorum Virorum in contrarias abire partes. Primo quidem verum est, in judicio executivo omne illiquidum exulare, & illud, quod per jurisjurandi delationem demum conficitur, nequaquam liquidum esse. Nec diffitemur, quando solutionem resignatio antecedere debet, chirographum, cui hæc verba sunt inserta, non omnia libelli capita liquidò probare. At sicuti in documento conditionato non plane cessat processus executivus, sed saltem usque eo suspenditur, donec conditionis existentia probata fuerit, de quo v. WERNHER. P. 8. Obs. 465. ita non cernimus, quare non æque in hoc casu admisso libello processus executivus tamdiu sit tantum suspendendus, donec resignatio facta fuerit. Uterque casus in eo convenit, quod de probando aliunde, quam ex chirographo, tempore solutionis agatur, imo prior casus plus complectitur, quandoquidem à conditionis existentia non tempus modo solutionis, sed ipsa etiam debiti veritas pendet. Ubitamen annotamus, Lipsienses



ses in eodem casu apud Wernherum contrariam fuisse opinionem. Deinde quando actor in libello resignationem factam allegaverat, & super eadem jurjurandi delationem adhibuerat, hoc loco resignationis abunde poterat sufficere, nec peculiaris resignatio erat necessaria, cum ex hac ipsa actionis institutione clarissimè pateret animus, creditoris suum reposcentis, & spatium, quod debitor sibi stipulatus erat, pridem esset transmissum, omni causa ipsi adempta de tempore sibi ad colligendam pecuniam præcluso conquerendi.

## §. XIII.

Eadem ratione debitorem, ubi tantum temporis, quantum ipsi ex pacto resignationis concedendum erat, per petitionem dilationum, aut alio modo sibi procuravit, condemnari posse arbitramur. Memoriâ digna est lis, quæ An. 1736. inter E. S. & G. F. est ventilata. Illa d. 3. April. agere cepit, debitor vero semel & iterum prorogationem termini impetravit, jactans interea, daß er mit der Zahlung vorlängst parat gewesen, & pecuniam ad deponendum offerens. Tandem in termino d. 4. Jul. exceptionem non factæ resignationis opposuit, & ipsum documentum eventualiter recognovit. Eundem Ordo Jctorum Vitemberg. d. 1. Octobr. d. a. in omnem causam condemnavit, additis rationibus: Dierweil Beslagter das zum Grunde der Klage gelegte Document fol. 3. <sup>b</sup> recognosciret, ferner die geschæhene Aufkündigung aus dem fol. 7. gethanem Erbiethen und andern Umständen erhellet, über dieß die vor länger als einem viertel Jahre angestellte Klage vor eine Aufkündigung erachtet werden kan.

Reus interposita leuteratione effectum hujus sententiae impedire conatus est, & ea rejecta ad illustre Dicasterium Marchionatus Lusatiae superioris provocavit. Verum enim vero rescriptum est ita: Aus euern in Schuld-Sachen E. S. Klägerin an Einem G. J. Beflagten am andern Theile anhero erstatteten Amtsgehorsamen Bericht, und solchem beygefügten hierbey zurückgehenden Actis habe mit mehrern gesehen, worauf die Sache beruhet, und welchergestalt Beklagter wieder das fol. 69. befindliche am 31. Octobr. vorigen Jahres publicirte Urthel nach erfolgter Rejection dessen dagegen eingewandten Leuterung sich einer Appellation an das Königl. und Churfl. Sächsische Ober-Umt und Judicium ordinarium dieses Marggrafthums angemasset hat. Nachdem aber sothaner Frivolischen Appellation zu deferiren billig Bedenken getragen, und solche hiermit rejiciret wird; Als habt ihr Appellanten damit abzuweisen, und dem Urthel fol. 69. nachzugehen, von Appellanten auch 5. Rthlr. Strafe, wegen Mißbrauch des heilsamen Beneficii einzubringen, und solche zum Ober-Umte einzusenden, nicht minder dessen Advocaten, Herrn D. N. zu bedeuten, daß er von dem gewöhnlichen Mißbrauch des Beneficii Appellationis dereinst absehen, oder gewärtig seyn solle, wie er nächstens mit Gefängniß Strafe angesehen werden würde. Wolte ic. Budislin den 14. May 1737. Mihimet ipsi similis sed favorabilis contigit sententia, cum curatori absentis J. F. M. contra E. W. heredes patrocيناتus esse. Horum unus nomine omnium creditori solutionem imminetent denuncie-

ciaverat, qui annum expectans integrum tandem per me d. 21. Mart. 1741. actionem instituit, & simpliciter, ut in sortem, usuras & expensas rei condemnarentur, petiit. Constitutus est terminus in diem 18. Maji. Rei, daß das Erbe bisanhero beständig besorget gewesen, wie es Klägern wegen seiner Schuld-Forderung abfinden möchte, adseverantes prorogationem termini ad d. 3. usque Julii & rursus ad 31. ejusdem impetrarunt, & transactionem obrulerunt. Hac autem repudiata illi tandem in termino d. 31. Julii potissimum exceptionem non factæ resignationis objecerunt, sed ego inter alia, tres menses, qui erant statuti, & amplius transiisse, replicavi, & secuta est sententia hujus tenoris: **Daß Beklagte, weils sie auf die erhobene Klage geantwortet, und den Grund derselben geständig, darneben das producirte Document recognosciret, die libellirten 396. Rthlr. 8. gl. 11. Pf. nebst dem Interesse Klägern bey Vermeidung der Hülffe zu bezahlen, sowohl die verursachten Unkosten nach vorgehender deren Liquidation und Richterlichen Ermäßigung zu erstatten schuldig, B. R. W. Ordinarius, Senior, und andere Doctores der Juristen Facultät in der Universität Leipzig d. d. 18. Octobr. 1741. Equidem rei remedio leutationis usurpato correctoriam expectarunt, sed in termino prosecutionis non comparuerunt. Accusata itaque eorum contumacia publicatum est decretum: **Daß die eingewandte Leuterung defert und erloschen, und sind daher Beklagte die Expensas retardati processus nach vorgehender Liquidation und Richterlicher Ermäßigung zu erstatten schul-****

**Schuldig.** Nihilofecius ab hoc decreto illi ad Potentissimum provocarunt, &, ut audirentur, præceptum est, sed nunc renunciatum appellationi. Proinde iudex ratione pacti cognita, quæ præsertim ex fine & intentione paciscentium addiscitur, id, de quo pactum loquitur, extendere potest ad ea, de quibus illud nihil disponit, tacite tamen continet. v. *Felde d. Interpr. pact. §. 13.* Quod & innuere videtur *MEVIVS P. 1. Dec. 73. ibi: Ubi & quæ justa experiundi causa alia erit, non potest excipi, nondum definito tempore esse resignatum,* & ibidem, ob huius remissionem, quia causa apparuit, appellationi haud esse relictum locum testatur in causa *Nic. Knusten* contra *Heinrich Dicks* Hof und Conf. Certe & creditoris non raro plurimum refert, tempore opportuno suum recipere, & debitori, qui tergiversatur, & solutionem per processum ceu commune debitorum malorum refugium trahere studet, nullo modo indulgendum. Facit, quod processuum ambages sint rescindendæ, & omnes aditus illis in infinitum protrahendis intercludendi.

## §. XIV.

Quodsi nullum tempus sit expressum, resignatio statim fieri potest, adjectum vero absque quibus observandum est. Enimvero varie potest adjici. Ita si ex conventionem paciscentium resignatio demum fieri debeat, cum commodum erit debitori solvere, vel similia verba adhibeantur, uti habet *L. 125. d. V. §.* tempus resignationis ex voluntate debitoris pendet, hicque quamdiu vivit, ad solutionem compelli nequit, heredes vero recte adiguntur. à *LEYSER. in Med. ad ff. spec. 528. med.*

13. At penes Saxones O. P. R. Appendix in §. 6. iudicis arbitrio rem relinquit. Interdum evenit, ut certum anni tempus denunciationi faciendæ præfiniatur, ut: verspricht nach halbjähriger Aufsfündigung zu bezahlen, und soll solche in einer Oster- oder Michaelis-Messe geschehen &c. quem casum tractat BERLICH. P. 1. Dec. 154. Hic illud accurate observari debet, nec eo elapso interpellatio admittitur etiam intra paucos dies, arg. L. 41. §. 12. d. fid. lib. Nam qui spatium illud præterire sinit, hac vice jure suo uti nolle censetur, nec purgatio moræ admittitur, ubi dies vel certum tempus est expressum, & debitoris consensus deficit. Hujus quippe maxime refert, ipsi denunciationem istam ipso nundinarum tempore fuisse factam, cum vel ab ultimo earum momento nomen apud se relictum porro in usum suum convertisse, ad minimum in eo convertendo ita occupatus fuisse, ut res non amplius integra sit, merito præsumatur. Nequaquam vero adsentimur HERINGIO in Tr. d. fidejuss. C. 22. no. 48. ne anticipationem quidem admittenti. Somniat ille, formam non esse observatam, & hac non observata ipsum actum vitari. Ita in Romanorum temporum miseriam incideremus, quam in §. 11. deploravimus.

§. XV.

Certum ergo tempus de resignatione adjectum strictè observandum est. Debitori vero nulla opus esse resignatione, supra in §. 6. ostendimus, sed hanc regulam exceptionibus non carere monuimus. Equidem otiosam hanc esse disputationem putant nonnulli, siquidem plurimi creditorum hodie conquerantur,

C

quod

quod ipsis quoque post lapsum dici male solvatur, sed hujus doctrinae in foro & ipsis rerum argumentis non nunquam contingenti testimonium perhibet MÜLLERVS ad STRUV. *S. J. C. Tit. d. solut. ib. 76. lit. 3.* Non poterit igitur debitor resignationem & solutionem anticipare 1) generaliter in debitis sub obligatione usurarum contractis, nisi has ad tempus, usque quo resignatio fieri & solutio sequi debuerat, solvere velit. v. LAVTERB. *Coll. theor. pract. §. 28. d. solut. C. L. 122. d. V. O.* 2) Debitor non est audiendus, si offerat pecuniam mox reprobendam. In *L. 24. §. 1. d. pign. act.* ad quam provocat Müllerus loco antea allegato, de reprobis quidem nummis saltem mentio fit, sed pari passu ambulat nummi reprobi & mox reprobandi, imo sufficit rumor hac de re perstrepsens, neque enim sic creditor nummos ita, uti dati sunt, recipit, atqui pecuniam in eadem qualitate, seu, ut alii loqui amant, bonitate, quæ fuit tempore contractus, restitui & lex & æquitas jubent. 3) Creditori, cui sub pacto antichretico ad certum tempus pignus traditum est, invito ante hujus lapsum solutionem offerri posse, recte negarunt JCI Vitembergenses apud WERNHERVM *P. 2. obs. 411.* Ergo exinde quoque concludimus, in eodem casu resignationem, si de ea conventum fuerit, etiam a debitore fieri debere. Quæ vero exceptio à STRYKIO in *Us. mod. ff. Tit. d. solut. §. 14.* & ibidem adducto Richtero, si nempe conventum fuerit, ut solutionem intra certum aliquod tempus resignatio antecedit, suppeditatur, non est genuina. Eodem enim modo posset dici, si expressè conventum sit de die, quo solutio fieri debeat, debi-

debitorem ante solvere non posse, atqui diei adjectionem generaliter pro promissore esse, *L. 41. §. 1. d. V. O.* & *L. 17. d. R. F.* perhibent. Porro quid creditoris interest, si debitum ex sola amicitia contractum antea restituat, vel si sit usurarum, cum omnibus usuris reddat? Diceret forsan, pecuniam penes se jam non tutam esse, & ideo se illud non deponere apud debitorem, sed periculo illius credere voluisse; sed respondemus, de tali casu contrahentibus nihil in mentem venisse. Quare solum hocce pactum rem non conficiet, & merito illud contra creditorem, qui clarius loqui potuisset, interpretamur.

## §. XVI.

Contra quandoque accidit, ut mutuum ad certum tempus contrahatur, eoque transacto demum resignatio fieri debeat. Hic quidem, si resignationem forte oblitus sit creditor, minimè mutuum ad idem tempus tacite renovatum esse, nec ex *L. 13. §. 11. loc. cond.* quæ de relocatione prædiorum rusticorum illud censet, & singulari ratione, fructuum scilicet, qui non singulis annis ex omnibus campis perfecte percipiuntur, nititur, argumentum huc trahi potest. Ceterum creditori in quæstione allata elapso quamvis nondum termino resignatio permessa est ex iisdem causis, ob quas statim solutionem urgere potest, nempe 1) si moras in usuris solvendis neçtat debitor, quippe sub hac conditione credita esse censetur pecunia. v. *MEV. P. 1. Dec. 73.* 2) Deinde quando creditor periclitatur de sorte, sibi vigilat, mox suum repetens. Quo referimus, si debitor de fuga suspectus sit, itemque

si bonis labatur, vel ea dilapidet. STRUV. S. J. C. Ex. 47. tb. 75. Imo hisce in casibus nulla plane opus est creditori resignatione.

## §. XVII.

Ex §. 16. alia quæstio suboritur, utrum forte sub usuris annuis credita, & resignandi facultate ein viertel Jahr vorher relicta, hoc trimestre spatium à die resignationis, an lapsi demum anni computandum sit? A lapsò demum anno computant STRYCK. in Caut. contr. Sect. 11. c. 1. §. 19 & MEVIUS P. III. dec. 144. Dissentire fere ab his videtur WERNHER. P. IX. obs. 37. quando debitorem, qui mutuuum ad sexennium contractum ad petitionem creditoris definito spatio faciendam restituere promisit, wenn der Creditor auf begebende Fälle ein viertel Jahr vorher die Schuld aufkündiget, wolle Creditor solche bezahlen, primo statim anno ad solutionem adigi posse tradit. Multum quidem ad affirmativam hujus casus decisionem verba: auf begebende Fälle, contulisse videntur, sed utcumque seres habeat, nostra facimus, quæ STRYCKIVS in Caut. contr. loco antea adducto addit, & utile esse ducimus, obligationi inserere aut pro debitore, daß die Aufkündigung erst nach dem Jahr ein viertel Jahr vor der Zahlung hergehen solle, aut pro creditore, daß die Aufkündigung zu aller Zeit geschehen möge, und der Schuldner nach verfloßenen viertel Jahr, von Zeit der Aufkündigung an zu rechnen, bezahlen solle.

## §. XVIII.

Aliquando lex ipsa restringit facultatem resignandi. Sic olim Rec. imp. d. An. 1654. §. 172. debitoribus intulit



intuitu belli tricennalis ante triennium resignari debita vetuit, verb. Jedoch fürs ander von den Creditoreibus die sonst auffündliche Capitalia von drey Jahren à dato dieses Reichs Abschiedes nicht aufgefündet werden sollen. Certum modum constituit Potentissimus Rex Poloniae & Elect. Sax. in Ord. Lips. ærarii depositorum, sive ut vocamus der Leipziger Banco di depositi d. 18. Maji d. Anno 1699. in Cod. Aug. Tom. II. p. 2063. Tit. von Abforder- und Auszahlung derer in Banco niedergelegten Gelder, & sequentia fanxit: Wer einen Stamm von 10. bis 30000. einlegt, soll selbige wenigstens 1. Jahr, wer 30. bis 60000. 2. Jahr, wer mehr, 3. Jahr, selbige in Banco lassen, worbey auch nach dem Bedarff des Banco Creditoris zulässig wäre, particulier- Auffündigung auf etwa ein Drittel des ganzen Capitals zu thun. Wer unter 10000. in Banco stehen hat, thut nur besagte Auffündigung ein viertel Jahr, wer unter 20000. einlegt, ein halbes, und wer eine grössere Summe abfordert, ein ganzes Jahr vorher. Wer die Termine ohne Auffündigung verstreichen liesse, solle sodenn angenommen werden, als ob er sein Capital der Banco von neuem auf ein Jahr stillschweigend gestundete.

§. XIX.

Quod si de loco nihil dictum, ubivis fieri potest resignatio, modo non fiat in loco penitus incongruo, puta, si quis sacra facientem, & cultui divino vacantem, nuptias celebrantem, vel funus ducentem interpretare vellet. Judicialis resignatio, de qua vel contrahentes consentire, vel quam creditor majoris securitatis

ritatis facilliorisque probationis ergo suscipit, tanquam actus voluntariæ jurisdictionis in quocunque judicio recte peragitur. Neque obstat, quod debitor forte contradicat, adeoque res in actum contentiosæ jurisdictionis abire videatur. Nihil quippe secius manet nuda resignatio & certioratio, quæ nihil cum actibus contentiosæ jurisdictionis commune habet. Ceterum ad evitandas, quæ circa insinuationem hujus certiorationis nasci poterant, difficultates præstat, eam in judicio fieri, cui debitor est subjectus.

§. XX.

Effectus resignationis sunt solutio subsequens, eaque non præstita mora, adeo ut debitor in interesse & omnes expensas condemnari debeat, ubi quæstio occurrit: An in casu, quo interesse legitimum usurarum modum excedit, illud adjudicari queat? Nos ita censemus cum CARPZ. *L. 4. R. 56 n. 3. 4.* quamvis enim poenæ loco major quantitas promitti haud possit, quam legitimus fert usurarum modus, *v. L. 44. d. usur. § L. 15 C. eod.* & usuræ per modum interesse ultra alterum tantum peti nequeant, quemadmodum late deducit WERNHER. *P. 3. Obs. 1.* hic tamen diversa plane est ratio, ubi damnum creditoris insigne ex solutione non præstita emergere potest, nec tamen ultra alterum tantum petitur. Idem expressè confirmat Rec. Imp. d. An. 1600. §. 139.

§. XXI.

Ex hætenus dictis consequens est, ut resignatio quæcunque moram operetur. Dissentit à nobis WERNHER. *P. 7. obs. 159.* & quando nullum tempus solutioni dictum,

Etum, usuras demum à tempore interpellationis judicialis deberi putat. Provocat ille ad CARPZOVIVM, qui in L. 4. R. 56. in mutuo aliisque contractibus stricti juris præstandas haud venire autumat usuras, nisi expresse per stipulationem promissæ, vel facta interpellatione judiciali lis fuerit contestata. Idem statuit PHILIPPI in Obs. 3. ad Dec. 7. qui no. 10. *Non enim, ait, nisi per judicialem interpellationem quis constituitur in mora personali. Scilicet debitori nulla imputari potest mora, antequam iudicio pulsetur, quæ sola usurarum vel interesse præstationem causatur. L. 32. d. usur.* Ergo, ut debitor in mora constituatur, interpellationem judicialem præcedere necesse est. Videtur hæc opinio ex antiquis contractuum stricti juris, ubi usuræ ex mora non debebantur, principiis originem duxisse. At jure Germanico sine dubio aliud dicendum erit. Nam Rec. Imp. d. An. 1600. §. 139. clare sancit: *vor billig geachtet worden, wann der Schuldner in Mora restituendi pecuniam mutuam ist, daß er seinem Gläubiger von derselben Zeit hero (der Vermuthung halben, daß den Creditor sein Geld von solcher Zeit an anlegen, und zugehaffener Weise zum wenigsten vom hundert 5. wohl haben möge) das Interesse zu entrichten, und gut zu machen schuldig sey.* Videmus ergo solam sufficere moram, quæ secundum L. 32. d. usur. à Jcto Philippi adductam & ipsimet obstantem per solam interpellationem opportuno factam loco inducitur. In Saxonia autem ad eum effectum, ut pecunia hæreditaria gaudeat consueto privilegio, simulque usuræ ex mora peti queant, resignatio judicialis requiritur. v. Dec. elect.

D

7. ibi:

7. ibi: hergegen von Gläubiger solche Erb-Gelder gerichtlich aufgefündiget ic. auf solchem Fall die Erb-Gelder, ungeachtet, daß die Interesse moræ hiervon gefordert würden, dennoch der in obangezogener unserer Proceß-Ordnung gegebener Erstigkeit genießen sollen.

§. XXII.

Coronidem huic opusculo imponimus per quaestionem: Quis expensas in resignationem fortis factas ferre teneatur? Nisi nos omnia fallant, creditor hoc onere non erit levandus, quia debitor ignorat, quae die solvere debeat, quae ipsi demum per creditoris resignationem significatur, ignoranti vero nihil imputari, nec, qui omni vacat culpa, condemnari potest. Argumento est, quod, qui non praemonitus accepto libello statim se paratum esse ad solvendum ostendit, nullas prorsus solvere teneatur expensas. *TEMMENT d. Lit. exp. C. 8. Sed. 4. no. 11.* Neque enim temerarius, neque contumax, nec solutionem protraxisse dici potest. Imo vero nulla erit differentia, sive debitor facta resignatione justo tempore solvat, sive in casu non factae justo tempore solutionis creditor actionem intendere necessum habeat. Cautius itaque agunt creditores, qui de his expensis, ut debitor refundat, paciscuntur, quia tunc ex pacto obtinetur, quod de jure reposci non potuit.

FINIS.

COROL.

## COROLLARIA.

1) Quando debitor partem debiti, nulla licet præcedente creditoris resignatione solvit, hic tamen ratione reliquæ partis eam observare debet.

2) An ex pacto resignationis probatur mutuum? videri licet apud *BYDDÆVM* in *Select. Obs. pract. 15. conf. jur. no. 57.* Scilicet maritus activa uxoris exegerat, et hatte in währrender Ehe 200. Rthlr. von den Jhrigen erhoben, constituerat illi propterea expressam hypothecam, & concesserat uxori resignationem fortis. Negativam defenderunt *Scabb. Lipt.* in Responso adjecto & dictam pecuniam pro paraphernali habuerunt, additis rationibus: Dieweil aber dennoch ic. in der Beschreibung d. An. 1683. nicht gemeldet, daß die Ruinellin die darinnen specificirten Posten ihrem Manne geliehen, sondern er bekennet, daß er solche in währrender Ehe über die Ehe-Gelder von den Jhrigen erhoben, also denenselben die Qualitæt derer paraphernal-Gelder allerdings zustehet, und durch die absonderliche Obligation in kein Mutuum verwandelt worden, zumahl da in der Ehe-Stiftung über die Paraphernal-Gelder eine absonderliche Obligation bedungen, dielemnach der Mann nur seinem Versprechen in der Ehe-Stiftung ein Genügen gethan, und die Worte wegen der nachgelassenen Aufkündigung in Mangelung anderer die Novation wirkender Umstände derausehen und eine Verwandlung in Mutuum nicht nach sich ziehen, solches auch aus der inserirten ausdrücklichen Verpändung, als einem Superfluo, nicht zu erhärten, sonst aber denen Weibern wegen derer Paraphernalien ein stillschweigend Unterpfind in denen Rechten verordnet zc. Videlicet *renunciacionem juris tacitæ hypothecæ & mutuum contractum creditores reliqui collegerant ex pacto resignationis.* At enim vero renunciatio nunquam præsumitur, sed ut plurimum expressa desideratur, & facti est, strictique juris *L. 22. d. probat. c. 5. X. d. renunc. MEROCH. L. III. pref. 45.*

- n. 11. nec intelligitur alia, quam quæ ex manifestis verbis vel factis apparet. add. *L. 35. §. 2. C. d. inoff. test. L. 21. C. ad Sc. Vellej. MEVIUS P. 1. dec. 99. no. 4.*
- 3) Nulla eget disceptatione, quod debito præscripto facultati quoque resignandi præscribatur, de quo disputat BERGER. *Dec. §3.* Licet enim, ubi pactum resignationis ininitum est, creditor ante agere nequeat, quam huic satisfecerit, adeoque, quamdiu non resignavit, nec actioni præscribi videatur, quoniam non valenti agere non currit præscriptio, inter omnes tamen constat, hanc regulam ad impedimenta juris, non facti, quod hic contingit, pertinere. *add. L. 1. §. 2. C. d. annal. exc.*
- 4) Allegat MULLERVS ad *Siruv. S. J. C. 16. 75. lit. d.* verba juris Saxonici, *Land. N. L. 1. art. 65.* *Alt. Schuld mag man wobl gelten, d. me man sie gelien soll, vor dem Tage, da man sie gelten soll, quæ pertinere videntur ad ea, quæ §. 6. & 15. diximus.* Sed frustra verba, vor dem Tage, da man sie gelten soll. in Editione Ludovici na, quæ Halæ 1720. prodit, ut & Zobeliana, quæ mihi est, de Anno 1582. forte & in alijs, quas inspicere non licuit, quæris. Ludovici tamen lit. (e) ea in Lessiana exstare testatur, nec minus in Wolrabii, quæ Dresdæ Anno 1553. prodit, eadem nosmet ipsi observavimus.




ERfurt, Diss., 1742/44

ULB Halle 3  
005 355 400




W078









B.I.G.

Farbkarte #13

1944, 8 Bra. 28. num. 14  
29

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA  
DE  
OBSERVATIONIBVS  
QVIBVSDAM FORENSIBVS

CIRCA  
RESIGNATIONEM NOMINIS,  
*Aufkündigung des Capitals,*

QVAM  
EX DECRETO ET AVCTORITATE  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
IN ALMA ET PERANTIQVA ELECTORALI VNIVERSITATE  
ERFORDIENSI,

PRÆSIDE  
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO,  
PRÆNOBILI ET CONSVLTISSIMO VIRO,  
DN. CONR. WILH. STRECKER,

CTO, EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINC. ELECT. MOGVNT. CONSIL.  
REGIMINIS, IVRID. FACVLT. ASSESS. SENIORE, COD. PROF PVBL. ORDIN.  
CIVIT. STND. ET CONSULE PRIMARIO, NEC NON PRÆFATÆ FACVLT.  
IVRID. H T DECANO,

PRO SVMMIS  
IN VTROQVE IURE HONORIBVS  
RITE ET LEGITIME OBTINENDIS,  
IN AVDITORIO ICTORVM MAIORI,  
DIE III. FEBRVARII, M DCCXLIV. HORIS CONSUVETIS  
AD VENTILANDVM PROPONIT  
ET PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

AVTOR  
CAROLVS GOTTFRIED KISSLING,  
ZITTAU. LVS. C. P. A.

ERFORDIÆ, Typjs HERINGII, Acad, Typogr.

